



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

18. Responsio ad quintum, & sextum argumentum. Ex p. 6. tractatu 5.  
resolut. 10.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

# Bonor. stabil. in Eccles. Resol. XVII. &c. 317

circa iam ingressum, de constitutionibus.

4. Sed pro dilucidatione veritatis ad individua denunciando. Pone, quod statutum excludat feminas à successione ab intestato statibus masculis, queritur an excludat filias Moniales, & distinguuntur; Aut statutum generaliter modo, quo suprà loquitur, & persona, de cuius successione tractatur, non erit religiosa tópore conditi statuti, & tunc cum transeat in Monasterium cum illa impotentia succedendi, ligatur tali statuto etiam facta Monacha, cum per ingressum non efficiatur deterioris conditionis. Socinus senior consil. 81. in presenti consult. n. 5. vol. 1. & in consil. 230. Vito seflam sub num. 8. vers. tertio, & ult. vol. 2. Ruinus consil. 5. Presupposita donatione num. 15. vol. 1. Socinus junior dixit magis veram & communem in consil. 15. pro. vera. num. 11. vol. 3. Parisius attestatur de communis & in iudicando & consulendo ab ea non esse recedendum, in consil. 40. si in commun. num. 16. & 24. vol. 3. Laurent de Palatini, quod statibus masculis subnum. 100. vers. si vero statut. Hunc deus consil. 11. vers. statutum Cassiarum, n. 37. post infinitos ab eo re-latos vol. 2.

5. Aut statutum non loquitur generaliter, sed specificè, ut pura, quia excludat mulieres Religiosas; & tale statutum non valebit, si loquatur de ingressa, sive de ingrediente: Ancharaeus in consil. 108. in paucis verbis, num. 1. & 2. Abbas in cap. quod Cleric. n. 40. de for. compet. Felinus post alios in c. in presentiarum, num. 38. probat. in cap. Ecclesia S. Mariae, num. 78. vbi Decius dicit magis communem num. 49. de consil. idem Abbas in consil. 111. in causa Catharina, subn. 4. vers. venio nunc ad secundam, volum. 2. Alexander in consil. 138. Vito themate, num. 13. dicit magis communem volum. 2. Socinus senior testatur de communis in consil. 81. in presenti consultatione, num. 5. vers. circa primum casum, volum. 1. & de magis communis in consil. 241. circa primam difficultatem, sub num. 2. vers. secunda est, volum. 2. Mathes singul. 144. nota mirabile. Eum, quod statibus masculis, art. 6. quest. 2. num. 35. Ruinus in consil. 204. Palebra est, num. 10. volum. 1. Ancharaeus junior, in quest. familiar. 20. testatur, num. 6. part. Rolandus in consil. 35. Illustrissimus & Excel- lentiissimus Princeps, num. 26. vol. 3. Si ergo statuta ex aduerso allegata sunt generalia, includunt etiam Moniales, cum ipsa ingressa sint Monasterium cum illa impotentia succedendi, nec efficiantur deterioris conditionis per ingressum; si vero statuta sunt specifica, non valent.

## RESOL. XVII.

Responso ad quartum argumentum. Ex part. 6. tract. 3. Resol. 9.

**A**d quartum argumentum, quod aliud sit statutum super bona Ecclesiis acquisita, aliud super bonis quae rendis, super quae licitum est Principi condere statuta.

2. Respondeo primò, Sacros Canones de hac materia absolute, & sine vila distinctione loqui, videbile, tam respectu bonorum acquisitorum, quam acquirendorum, vt paret in obene quid. 96. dist. 3. in c. Eccl. S. Marie de constitut. & in c. de rebus Eccl. non alienand. Et in specie, quod ista distinctione de bonis Ecclesiis acquisitis, vel acquirendis non subsistat; probatur ex textu in cap. ea enim. 10. quest. 2. de sumptu ex I. subemus, §. 1. ver. ea enim, C. de sacrof. anst. Eccl. quem ponderat Cardinalis Albanus tract. de immunit. num. 12. & Mandellus consil. 8. num. 20. approbat. Thom. IX.

prædictam distinctionem, asserendo immunitatem Ecclesiasticam fuisse concessam pro bonis acquisitis & acquirendis.

3. Respondeo secundò prædictam distinctionem aperiè pugnare cum definitione Ecclesiæ in c. 1. de immunit. Eccl. in 6. vbi Alexander V. prohibet Laicos talias, collectas, seu exactiores quaecumque Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis imponere, vel exigere ab eisdè pro bonis quibuscumque haec tenus acquisitis, vel impoferum acquirendis. Et ratio huius decisionis est, quia priuilegia, quocumque titulo Ecclesiis concessa, non solum competunt pro bonis tunc acquisitis, sed etiam extenduntur ad ea, qua postea ad Ecclesiastum pertinera sunt, vt paret in d. subemus, §. 1. C. de sacrof. Eccl. & c. ea enim 10. q. 10. & id operatus favor anima, & priuilegium pie causa.

4. Nec valet dicere, quod Praelatus in acquirendis possit Ecclesiæ præiudicare, vt tenet Federicus de Senis consil. 9. & videretur communis opinio, vt dicit Iason in l. leg. n. 15. & 16. ff. de leg. 1. Nam responderetur, non esse veram hanc conclusionem, quod Praelatus in acquirendis possit Ecclesiæ præiudicare: cum Baldus ipse contraria tenuerit opinionem in l. contra iuris, 1. §. 1. ff. de pat. & Ancharanus in c. vi supra, n. 6. vbi Imola. 2. 15. de reb. Eccl. non alien. & alij, quos refert Alexander in l. leg. circa finem, n. 2. vers. & ista est, ff. de legat. 1. vbi hanc opinionem vocat magis communem.

Sed quicquid sit de hoc, certum est in nostro casu recurrendum non esse ad istas controvexas opiniones; cum sit clare determinatum in d. c. 1. §. 1. ff. de immunit. Eccl. n. 6. vt suprà visum est.

5. Nec etiam obstat, quod Baldus consil. 11. n. 3. inter consil. Ancharan. & Mandellus in addit. ad Lupum, allegat. 42. in verb. sic statuere, & alij tenuerint; quod per statutum Laicorum præiudicari possit Ecclesiæ, seu personis Ecclesiasticis in querendis bonis, si Laici id non faciant malo animo: quoniam respondet considerari debet affectum, non animum, nā cuius finis malus est eius præordinatio presumit dolosa; & sic etiam præsumptiuē includitur malus animus, vt notat Cravetta consil. 15. n. 4. per text. in l. si quis adulteris. C. de adulter. Vnde statuendo circa acquirenda, & ordinando ne Ecclesia acquirere possit contra textum in d. c. de immunit. Eccl. malus animus, & mala intentio, & dolus præsumitur in statuente. Ergo, &c.

## RESOL. XVIII.

Responso ad quintum, & sextum argumentum? Ex p. 6. tract. 3. Resol. 10.

§. 1. **A**d quintum argumentum. Quod ex fr. Sup. hoc si. quæria bonorum stabilium in personas Ec- pta in Res. clesiasticas, Laici in dies penitus depauperantur, & 9. §. Quinto. vites Reipublicæ ita in dies minuantur vt breui ti- quia. mendum sit ne tuendo imperio non sufficiant; quod in detrimentum nedum Laicorum, verum etiam Ecclesiasticorum, qui sub eorum defensione & tutela tranquilli divino cultui inferiunt, vergeret.

2. Respondeo primò, quod ego in hoc argu- mento agnosco Hussium: tetram illam peftem Ec- clesiæ, nam in libro de ablatione bonorum tempo- ralium à Clericis, sic ait. Cum quotidi possessiones accrescant Clero, & decrescant Baronibus Militibus & aliis secularibus, potest euenire de facilis, quod tota possessio ad Clericos Regni Bohemiae deuoluatur, & plusquam quarta pars Regni ad Clericos deuolu-

D 3

### 318 Tract. III. De Statuto prohib.alienat.

ta est. Ita ille. Vidisti à quo penu mutuacum sit supradictum argumentum, & ex quibus lacunis aquas hauriant aduersarij? Respondo secundò quod non adest periculum, vt propter alienationem bonorum stabilium in Ecclesiis, Republice in illo statu deueniantur: quod patet ab experientia tantorum annorum. Et si principes ratione adducta in argomento in hoc se grauatos sentiant, recurrent; vt recte obseruat Hostiensis in c. cum Laicis, n. 10. de reb. Eccles. non alien. & alij, recurrent inquam, ad Summum Pontificem, & non defacto leges condant contra immunitatem Ecclesiasticam. Sed aduersarij non tantum ad pecunias, vt bene docet Iacobus Gretetus in considerationibus ad Theologos Venetos, l. 3. confil. fol. 311. oculos nimis politice reflectere, sed ad altiora oculos attollere deberent, & pro certo statuere, licet fisco aliquid decedat, per hoc quod bona immobilia Deo & Ecclesia dedicatur & consecratur; aliud tamen longè præstantius, & ad propulsandos hostes multò efficacius accedere, nimis in coelestem opem, diuinumque subsidium semper proclive & promptum. Quis Christianus abnuat Deum nequaque pati, vt liberalitas Laicorum in Ecclesiis immanem suam beneficentiam supererit, dum cultus eius propagatur & amplificatur, neque enim frustra se coli finit Deus.

3. Sed non desinam hinc adnotare id quod studiè obseruat Adamus Tannerus in defens. libert. Eccles. lib. 1. cap. 15. fol. 151. hanc quantumcumque bonorum Ecclesiasticorum copiam ab aduersariis amplificaram multum abesse ab ea bonorum parte, quam in Civitate optimè constituta Aristoteles voluit diuinu cultui esse addicatum; ita enim scribit lib. 7. polit. cap. 10. Præterea in sacrificiis cultuque Deorum sumptus communes esse totius Civitatis. Est igitur necessarium in duas partes regionem diuidere, aliam publicam, aliam priuatorum. Vtraque illarum partium rursus diuidenda est: illius namque partis, quam publicam debere esse diximus, vna pars Deorum culti deputanda est, altera verò ad commemorationum impensam. Rursus verò priuati pars vna ad proprias necessitates est deputanda, altera verò ad Civitatem. Sic Aristoteles. In quibus verbis appetit, vt nota Tannerus quartam partem soli destinari cultui sacro, & nihilominus Sacerdotibus vt priuatis suam partem relinqui. Verò pro responsione supradicti argumenti, ne deferas etiam recognoscere me ipsum in cit. ref. 3. tr. 1. part. 5.

4. Ad sextum argumentum ex auctoritate Doctorum & ab exemplis; in quo maximè se fundat Anonymus Additionator. Respondeo quod Signoroli communiter ab omnibus Jurisconsultis, Canonistis, atque Theologis reprobatur, vt *supradicta* satis vixit est. Addo quod ipse agit de statuto generali disponente, nulla facta mentione specifica de Clericis & Ecclesiis; licet etiam in casu statutum ex se inuidendum sit, & idem opinionem supradicti Signoroli; in fauorem statuti Mediolanensis ipse Senatus non sequitur ut ex Carpiano obseruat Menochius conf. 878. num. 10. in fine, volum. 9. Baldum verò esse sibi contrarium pater ex confil. 132. lib. 3. In 1. finali, Cod. de sacro sanct. Ecclesiis, cantauit palinodium de doctrina, quam docuit in cap. que Ecclesiarum, num. 8. de constitutionibus, & in capite Clericis, num. 2. de iudiciis. De Barbatia dicam id, quod assert Rodericus Suarez in l. m. tit. .... De las ganancias del Marido, y de la Mujer, lib. 3. fori, num. 44. vbi confitit iudicibus, vt non ante oculos, inquit post terga semper opiniones eius relinquunt: vana enim sunt cogitationes hominis; volens singularis de-

monstrari vitio inconstantiae & inanis gloriae, profert in sua lectura infinita, qua conscientia & fama sue consultius fuerat illa tacuisse. Ita ille. Et Felixius in cap. ceterum. num. 10. de script. assertit Barbatiā desiderio impugnandi communis opinione delirasse. Addo quod tanquam varius & inconstans pro hac sententia non est allegandus: nam in c. cim. Laicis de reb. Eccles. not. alienand. num. 9. & 10. assertit ponderandum illum textum destruentem dictum Baldi in capite, que in Eccles. de conf. & in capite, Cleric. de indic. vbi dicit valere statutum Laicorum disponens, quod in Clericum non possit alienari res immobilis, quia contra Baldum videtur hic casus. Ita ibi Barbara, De Patre Molina, non potest negari vi-  
rum fuisse doctissimum, sed Surdus confil. 30. n. 56. assertit aliquando fuisse hallucinatum, dum secularibus Principibus vult gratius fieri. Ita ille. Sed quid immoramus respondendo particulariter ad aliquos paucos Doctores, quos Anonymus assert, cum communis opinio sit in contrarium, & nulla sit auctoritas Doctorum, vbi adiunt in contrarium Sacri Canones, & determinationes Summorum Pontificum.

5. Ad exempla verò, que ipse adducit. Respondeo non esse exemplis iudicandum, sed videntum quid de iure tenendum sit: verum ad omnia, que Anonymus assert, sigillatim respondeo. \* Et ad pri-  
\* Sup. hoc  
mo quod in Dominio Veneto hoc statutum sit in viridi obseruantia, cum haec tamē conditione, quod quoad bona donata, vel testamento relicta, tenetur Ecclesia infra biennium expondere extra manum. Respondeo quod supradicta conditio, vt in tria biennium tenetur Ecclesia ponere extra manum immobilia sibi relicta, non iustificat hoc statutum, vt docet Speculator iur. de locato, §. num. aliqua, num. 142. vers. centesimo decimo sexto, in fin. Archidiacomus in cap. Romania, verb. confuetudine, de appellat. in 6. vbi assertat non valere confuetudinem, vel statutum, quod Ecclesia sibi rem ex testamento relictam, teneatur alienare intra annum, vel aliud simile: pro quo allegat Canones in cap. que in Ecclesiarum, de constitut. & in cap. cim. Laicus, de reb. Eccles. non alienand. Quinimodo hanc conditionem dannauit Alexander IV. tanquam contralibertatem Ecclesiasticam in cap. 1. de immunit. Ecol. in 6. clarissimis verbis: quos ego adduxi in dictaref. 5. cui Anonymus additionem apposuit: quod expresse esse contra libertatem Ecclesiasticam notauerunt etiam Ioan. Andreas in cap. final. num. 2. de immunit. Ecol. in 6. Abbas in c. relatum. num. 5. de testament. Anchatarus conf. 61. num. 2. & confil. 155. mm. 6. cum aliis communiter: Ergo, &c.

6. Ad exemplum Regni Gallia, in quo adest ius Sup. hoc  
mortuorum: Respondeo; quod Petrus Iacobus pra. in Re.  
Doctor Gallus in Pract. sit. de successione Regni Fran-  
cia, fol. 76. pag. 2. col. 4. in vetusta impressione, vel fol. leg.  
120. pag. 2. col. 4. in recentiori editione Lugdunensi, Rel. 4. & ch.  
anno 1335. vers. non iugur credant, inuehitur in Reges & Consiliarios, qui hoc amortizationis genus vide dicti  
Clericis & Ecclesiis contra sacros Canones impone-  
re adiunt, & Reges in dictam amortizationem con-  
sentientes asserti teneri eam restituere, & damnia re-  
farcire in foro conscientia, in foro ciuili, & in foro  
Ecclesiastico, & obligari ad iudicandum contra se, Rel. 4. & ch.  
vel ad constitutendum aliquem iudicem, cui se subi-  
ciant. Addit Doctores Iuris Canonici, & Ciuilis, &  
Magistros in Theologia debilitate loqui, & in scholis,  
et alibi coniuncti oculis petrare, & Consiliarios Regios expallire timentes displicere Regi, si  
dicant veritatem. Respondeo etiam rationibus &  
argumentis, quibus ius amortizationis defenditur  
docēcique

Quae hic est  
supra Ref. 2.

docetque esse fallacia & periculis plena, & expressè contra factos Canones, & propterea Confessores & Religiosos debere consulere Regibus, ne irritent Deum contra se in adiunctionibus suis. Hæc omnia Petrus Iacobus. Ceterum quidquid fuerit de tali consuetudine, & an obseruata fuerit in Regno Gallie, certum est his temporibus consuetudine ista non grauari amplius statum Ecclesiasticum per constitutions Henrici II. Caroli IX. Henrici III. & Henrici IV. vetantes, ne Clerus bona recens quæsita extra manum suam ponat, aut pro illis amortizandis quidquam solvere compellatur: Et parlementa illius Regni approbant acquisitiones rerum stabilium per Clerum factas. Vide Annæum Rober-  
ton lib. 2. rerum iudicarum, cap. 21. Addo quod aliqui defendunt legem Amortizationis in Gallia ex ratione particulari, quam videbis apud Tortum in Apologia pro libertate Ecclesiastica, ad Gallum Francum, fol. 14. Antoniu Bonum in responsu ad considerationes Pauli Seruitæ, part. 3. ad quartam argumentum, fol. 44. Paponium lib. 1. capite 5. num. 5. & alios. Quæ quidem ratio non procedit communiter in aliis Regnis. Ergo, &c. Sed quia suprà audiimus Gallum contra ius amortizationis loquentem, audiamus & Hispanum: Et is erit Ioannes Beltran de Guevara in propugnac. libert. Ecclesiast. assert. 1. §. 6. num. 22. vbi sic ait. Fuit & aliquando apud nos in Regno Castellæ lex amortizationis à Rege Ioanne II. lata Pintia anno 1442. scripta in libro ordinationum Regum Catholicorum L. sit. 9. lib. 5. Ordinat. Veter. Reg. Cathol. vbi cantum erat, ne quis alienaret bona immobilia in exemptos à Regia iurisdictione: Quid si alienauerit rem immobilem, quinta pars valoris rei Regi daretur, quam imposuit super ipsiis rebus; ita ut cum hoc onere transeat ad quoscumque, iuxta doctrinam Bartoli in tract. de fid. instrument. & ex cap. porro, de privilegiis. §. 1. de min. Quæ lex meritò à Catholicis, & à sapientissimo Rege, ac Domino Nostro Philippo II. (con)animam in pace apud Deum requiescere credimus) non fuit recopilata in noua recolectione Legum nostrarum eius iussu edita, immò fuit inde sublata, ac proinde correcta, iuxta præceptum illius collectionis; in qua habemus aliam legem, quæ est L. sit. 3. lib. 1. quæ prohibeat leges fieri contra libertatem Ecclesiasticam. Ita Guevara. Vide me ipsum in part. 4. tract. 1. refol. 57. vbi multos alios Doctores adduco afferentes leges Amortizationis esse contra libertatem Ecclesiasticam, quibus addo Adamum Tannerum in defens. Eccles. libert. lib. 2. c. 17. fol. 435.

#### RESOL. XIX.

Continuatur responso ad sextum argumentum? Ex p. 6. tract. 3. Refol. 11.

**S. 1.** Ad exemplum verò Regni Portugallie, in quo Anonymus afferit similem legem adesse prohibentem bona stabilia in Ecclesiis alienari posse. Respondeo, ut constat ex Regestis Innocentij II. Honorij III. Innocentij IV. Clementis IV. Gregorij X. Martini IV. & Nicolai IV. Reges Portugallie Sanctius, & Alphonsus III. & Dionyssius quasdam prauas consuetudines & leges contra Ecclesiasticam libertatem in eo Regno introductas moniti sunt abolere. Sed quia hoc facere diffulerant, Alphonsus, & Dionyssius excommunicati fuerunt, & Regnum interdicto suppositum. Et tandem Rex Dionyssius precibus Prælatorum Re-

gni Portugallie à Nicolao Papa IV. fuit absolu-  
tus, cùm à Gregorio X. fuisset excommunicatus  
ad quem effectum fuit habitum publicum consisto-  
rium, in quo Regis Dionysij Oratores praefliterunt  
inramentum in animam Regis de parendo mandatis  
Ecclesiæ, vt pater ex literis Nicolai IV. datis Romæ  
apud Sanctam Mariam Maiorem X. Calendas Aprilis  
Pontificatus sui 11. id est, anno Domini 1490. Omnes  
quoque Portugallenses fuerant à vinculo, quo tene-  
bantur soluti.

2. Scio aliquos Doctores hanc legem in dicto  
Regno Portugallie adhuc iustificare ex priuilegio  
& concordato obtento à Summo Pontifice: quod si  
re vera extet, videant illi ad quos spectat: nam Do-  
ctissimus & Amantissimus Dominus meus Francis-  
cus Albici S. Officij Assessor in quodam respon-  
so firmat tale priuilegium seu concordatum non ex-  
tare & certè qui priuilegium se dicit habere \* tentat  
illud in authentica forma demonstrate, vt pater ex  
cap. 1. de fid. instrument. & ex cap. porro, de privilegiis. \* Sup. hoc  
ibi Abbas, Decius & alij, quos citat & lequit Bar-  
bosa in collect. tom. 2. lib. 5. iii. 3. c. 3. n. 5. Rota Roma-  
na in vna Osenensi Canonicius die 1. Decembri  
anno 1595. coram Pegna, & doceo nouissime Ioan-  
nes Antonius de Saura in voto Platonis de primis  
instantiis, & aliis recursibus §. 1. fol. 48. col. 2. qui-  
bus adde Pesantum tract. de immuni. Eccles. diff. 3. n. 2.  
vbi sic afferit: Dico esse videndum, an verè is ha-  
beat priuilegium? qui dicitur habere; & ipsius esse  
illud ostendere; quando fiat instantia; item fuerint  
vnquam derogatum. Ita ille.

3. Non definiam tamen hic adnotare, quid  
etiam supposita iustitia dictæ legis in Regno Portu-  
gallie adhuc aliqui afferunt licitum esse instituere  
Capellas & Oratotia, & Anniversaria Missiarum in  
Ecclesiis Regularium; vnde Anastasius Germanius  
in assertione libertatis Ecclesiastica, cap. 7. fol. 75. sic  
afferit. Hac quoque lege minus obstante aliud Reli-  
giois adiumentum est remedium, quo immobilia  
qualiacumque sint, ipsis aequi possint impune.  
Vñ etenim receptum est, vnicuique priuato licere  
in Ecclesiis Regularium Oratoria seu Capellas insti-  
tuere, vel certum Missarium anno quolibet recitan-  
darum numerum, pro quibus verè potest bona sta-  
bilia relinquere; & hoc titulò à Regularibus & Mo-  
naftieris iuste acquiruntur; & retinentur: quia cum  
aliter fieret, experientia comperitur est huicmodi  
obligationes parus temporis intervallo euaniisse, in  
maximum piarum mentium detrimentum. Ita Ger-  
manius loco citato.

4. \* Ad exemplum Regis Odoardi, qui etiam \* Sup. hoc  
condidit legem, ne immobilia Ecclesiis relinqueren-  
tur in Regno Angliae. Respondeo, cum Ferdinandus de  
Bastida in Antidoto ad considerationem Pauli Ser-  
uitæ in resp. ad arg. 47. fol. 125. stante iniquitate huius  
Regis, ipso finet Anglos in regno seditione excitatis  
cum periculo Regis, qui tandem dictam legem susti-  
lit: & quia Codex Bastidae ratus est, ponam hinc eius  
verba. [La legge che fece Odoardo, lo pose in estre-  
mo pericolo della sua trouina: per che questo Ecesso  
cagionò ne subditi una manifesta Rebellione, donde fu  
forzato a suo mal grado rinouasse la legge fatta.] Vn-  
de appetit ipso finet Laicos cognovisse iniustitiam  
tas legis, quæ iram Dei contra Regnum excitat poterat.  
Vnde Theologi Seruitæ in defens. conf. Paul. V.  
• 7. fol. 142. sic afferunt. [Odoardo Re d'Inghilterra  
fece tale legge ma non poteva farla, perciò mala-  
mente la face.] Idem etiam docet Antonius Bonius  
in respon. ad considerationes Pauli Seruitæ p. 3. ad 10. argu-  
mentum, fol. 42.